

Satyrus

nigrioris alios, et quosdam lucidius, ac magis cæteris in sole flagrantes. Optimos uero amethystizontas, hoc est quorum extremus igniculus in amethysti uiolam exeat. Proximos illis quos uocant Syrtitas pinato fulgore radiantibus. Inueniri autem ubique, maxime solis repercussu. Satyrus indicos non esse claros dicit, ac plerumque sordidos, ac semper fulgoris retorridi. Æthiopicos pingues, lucemque non emittentes, sed conuoluto igne flagrare. Callistratus fulgorem carbunculi debere candidum esse posuit extremo uisu nubilantem, & si ita attollatur, exardescentem, ob id a plerisque hunc carbunculum candidum uocari. Qui languidius & liuidius ex indicis lucent Lithizontas appellari. Carchedonios multo minores esse. Indicos etiam minus sextarii unius mensura cauari. Archelaus carchedonios nigrioris aspectus esse, sed igne, uel sole, & inclinatione acrius, quam ceteros excitari. Eisdem umbrante tecto purpureos uideri. Sub cælo flammeos. Contra radios solis & scintillare. Cæras signantibus his liquefcere, quanuis in opaco. Multi indicos carchedonis candidiores esse, & e diuerso inclinatione hebetari scripsere. Etiamnum in carchedonijs maribus
stellas